



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Inuentio Corporis Ioannis Anachoretæ nuncupati humilis. Capvt. LXXXVII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

rio essem, venit Dominico die. Quem cum vidissent fratres monasterij, gauisi sunt. prostratiq; petebant veniam, & ille similiter prostratus veniam petijt, feceruntq; charitatem. Anachoreta vero cum accepisset corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, posuit se ipsum in Ecclesie medio, statimq; consummatus est, cum prius antea non ægorasset. Cognouerunt ergo monasterij partes quia præfisset diem obitus sui Anachoreta, & idcirco venisset, vt nihil habens aduersus aliquem migraret ad Dominum.

1 Vide sanctum diem Dominicum.

2 Nota sacrã Eucharistiã appellari venerã da mysteria.

3 Vides quã dixit anachoretam accepisse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non autem signum corporis, & sanguinis? Habes etiam sanctorum vivorum fuisse consuetudinem, obitum suum Domini corporis & sanguinis perceptione muniri. Nunc vero post illam conuetudinem iurè ab Ecclesia immutam, & aliam introductam, ac tandem post Constantiensis Concilij constitutionem sola sacri corporis perceptione id faciunt.

Inuentio Corporis Ioannis Anachoreta nuncupati humilis.

C A P V T. LXXXVII.

Venimus in quendam vicum sex miliaribus à Roso distantem, & duo senes seculares hospitio nos susceperunt in Ecclesia fundi sui. Vicus autem ad radices montis erat. In Ecclesia igitur ipsa ostenderunt nobis marmoreã tabulam, dicentes: Christiani, magnus in hoc monumento Anachoreta iacet. Diximus autem eis: Hoc vnde nostis? Et dixerunt nobis. Ante annos septem aspicebamus nos vici huius habitatores per noctem in vertice montis lucẽ quasi

Bb 3 ignem

ignem. Nos ergo putabamus, quòd ignem aliquis illic accendisset. Cùmque per dies plurimos illud aspiceremus, ascendimus die quadam, & nulla ignis indicia vidimus, neque ignem, neque aliud in sylua igne adustum. Rursum sequenti nocte vidimus eadem lumina. Tribus igitur continuis mensibus ignem hunc vidimus. Nocte verò quadam assumptes quosdam ex vico cum armis propter feras, ascendimus in montem ad lucem, que apparuerat, mansimusque vbi lux erat usque ad diem sequentem. Mane verò facto, aspiciamus montem dicam speluncam in eo loco, vbi lumina videmus. Ingressi autem inuenimus Anachoretam defunctum. Erat autem indutus ¹ cilicio, & pallio, tenebatque in manibus ² argenteam Crucem. Inuenimus etiam chartam ita scriptam: Defunctus sum ego Ioannes humilis indictione quintadecima. Computatis ergò annis, inuenimus eum ante septem annos defunctum esse. Ita verò erat integer, ac si die eadem obiisset. Sublatum ergo in Ecclesia ³ cum honore sepeliuimus.

¹ Cilicium habitus fuit multorum sanctorum.

² Tenebat in manibus argenteam Crucem.

³ Ecce sepulturam honorificam.

Vita Abbatis Thomae Apocrysarij cœnobij Apamiensis, & de miraculo corporis eius post mortem.

C A P V T. LXX XVIII.

Cum venissemus Theopolim, presbyter quidam ipsius Ecclesiæ narrauit nobis de Abbate Thoma; quòd Apocrysarius fuerit cœnobij, quòd est in partibus Apamiæ. Venit ergo senex Theopolim pro utilitate monasterij, & cum hic remoraretur, defunctus est in Daphne in templo